



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio
Perfectionis Libri Dvo**

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XXXI. Perfectionem in Caritate consistere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

bus constituendum est, quæ sine caritate mor-
tæ sunt.

C A P. XXXI.

PERFECTIONEM in Caritate
consistere.

Nihil Deus in hoc mundo præclari ho-
minibus propositum esse voluit, cu-
jus affectio non insigni labore constaret, ac
industria. Non eruantur auræ argentive de fo-
dinis metalla, nisi & labore, & expensis innu-
meris: & qui addit scientiam, quæ in præclariori-
bus mortalium bonis censenda est, addit & la-
borem. Quis denique scepra & diademata vir-
tute consecutus est, quin prius vires exhausserit,
facultates suas effuderit, vitam denique mille
periculis exposuerit? Virtute nihil est præcla-
rius, nihil illustrius PERFECTIONE: quæ si
mortalibus cognita foret, atq; obuia, omnium
ad se animos raperet: nec quilibet ullis labori-
bus, pœnis, ac doloribus ad eam assequendam
parceret. Sæculi huius homines, vmbra eius
concupientes, quid non faciant?

*Præclara
res non si-
ne labore
acquirun-
tur.*

- 1.
- 2.
- 3. *Eccle. 1.*

Olim in campo Olympico ludi fuerunt in-
stituti ab Hercule, excitandis ad virtutem ho-
minum animis: in quibus quinque exercitia
præcipue vigeabant, de quibus Homerus Iliade
penultima; quæ Simonides hoc carmine com-
prehendit.

*Exercitia,
seu ludi in
campo O-
lympico
quinque
Natalis
Comes & b.*

Ἄλμα, s. ca. 1.

UBECIUM
1000
1000

Ἄλμα, ποδοκείνν, δίσκον, ἀκοντα, πάλιν.

Georg. li. 3. Primus est saltus : alter curtus : tertius dicitur
Et Aeneid. qui proiiciebatur ad metam : quartus iaculatio
l. b. 5. pugna quam cæstum vocat Virgilius : vltimus
 rat lucta. Hi incredibilia patiebantur, præterea
 qui lucta vel cæstu gloriam præmiumque
 rebant : & vt reliqua omittam, quanta
 tas in cæstuum ludo ! Cæstus, à cædendo dicitur
 claua erat instar flagelli, ex loris bubulis
 stis, globis plumbeis aut ferro grauius, quibus
 athletæ sese mutuo diuerberabant, aut
 rius dicam) membra vicissim comminabantur
 vni namque iam caput obtudebatur, iam
 ctis maxillis, aut cranio, dentes cerebrum
 cutiebantur; alter, conuulsis scapulis, i
 manitate succumbens sub onere fatiscere
 denique, fracta ceruice, ruebat mortuus.

Cæstus vn- tas in cæstuum ludo ! Cæstus, à cædendo dicitur
de dicitur, claua erat instar flagelli, ex loris bubulis
 stis, globis plumbeis aut ferro grauius, quibus
 athletæ sese mutuo diuerberabant, aut
 rius dicam) membra vicissim comminabantur
 vni namque iam caput obtudebatur, iam
 ctis maxillis, aut cranio, dentes cerebrum
 cutiebantur; alter, conuulsis scapulis, i
 manitate succumbens sub onere fatiscere
 denique, fracta ceruice, ruebat mortuus.
 alia forma Ieronimus Mercurialis cæstus
 bit. Erant, ait, cæstus lamina aenea manibus
 Quibus autem alligabantur, erant lora quæ
 ctus interstincta, quæ manibus & brachiis
 alligabantur, vt non modo pondere aliquo
 verum etiam soliditate, cæstibus certantes,
 rent. Haec Mercurialis. Delectat
 Virgilius eleganter, & quidem de Ente
 ait:

Virgil. Æ- rent. Haec Mercurialis. Delectat
neid. lib. 5. Virgilius eleganter, & quidem de Ente
 ait:

Quid mū- — Sic deinde locutus
dani ho- In medium geminos immani pondere cæstus
mines pa- Proiecit, &c.
tiantur pro- Obstupere animi tantorum ingentia sepe
inani & Terga bouum plumbo insuto ferroq; rigebant.
corruptibi-
li pramio.

Epōst pauca, de pugna differens:

Ostendit dextram insurgens Entellus, & alte

Extulit: ille ictum venientem à vertice velox

Prauidit, celerique elapsus corpore cessit.

Entellus vires in ventum effundit, &c.

Sed læsum aliquem audiamus:

Ast illum fidi æquales, genua agræ trahentem,

Lactantemq; utroque caput, crassumq; cruorem

Ore reiectantem, mistosq; in sanguine dentes,

Ducunt ad naues.

Qua vi autem percuterent: ex hoc collige, quod

Victor Entellus suo cæstu taurum victoriæ præ-
miam interfecerit.

Dixit, & aduersi contra stetit ora iuueni,

Qui donum adstabat pugna; duosq; reducta

Librauit dextra media inter cornua cæstus

Arduus, effractosq; illis in ossa cerebro.

*Sternitur exanimisq; tremens procumbit humi
bos.*

Deus bone! quis mortalium gloriari potest se

pro Deo tanta aut talia fecisse? Nondum vsque ad

sanguinem restitisti, ait Paulus. Sed quod præmiū? Heb. 12.

quæ merces? Respondet Paulus: Et illi quidem ut 1. Cor. 9.

corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorru-

ptam. Horum exercitiorum meminit Paulus: o-

mnium quidem in generali, cum ait: Omnis qui Ibidem.

in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Tum e-

nim nec bibendi censebant esse tempus, nec e-

ndendi; non procurabant opes; non indulgebant

voluptatibus; omnia postponebant; hoc vnicum

sibi proponebant, Age quod agis. In particulari ve-

ro Paulus non meminit saltus, nec disci ad me-

tam

Ibidem. tam proiiciendi: expresse cursus meminit. *Et* inquit, quod ii qui in stadio currunt, omnes eodem currunt, sed vnus accipit brauium: sic currunt comprehendatis. Luctæ meminisse videtur ne agonis & contentionis, cum ait: *Omnes in agone contendit.* Exuebantur nudi, omnes veste abstinebant: ne teneri, vel deiici, aut sterni possent. Sed cæstum modum exprimit euidenter, dicens: *Sic pugno, non quasi aerem verberans.* Summa enim ars atque industria tantarum erat, declinare ictum, vt castus vellet, aut aerem verberasse diceteretur. Paulus exercitium flagellationi corporis accommodat & modum pugnandi nos docet, flagellum quam cæstum se apprehendisse asserit: sed non in alium, sed in proprium corpus: quod quia ictus verberare non poterat, non verberabat aerem, sed egregie tundeat corium suum. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.*

Ibidem. Quid ergo miseros illos pugiles accendit, vt adeo dura susciperent, exponentes se innumeris, ac euidenti vitæ periculo: non pro gloria, lausque aliqua spectantium: & quidem gloria corruptibilis: sed vnicus accipiebat verberum, verbera quamplurimi multa & hominum. Quod insani homines pro vmbatili corporis laude subbibant, nos à diuina edocti sapientia subeamus (Deo Agonotheta vidente) ad perfectionem consequendam. Merces autem amplior ac nobilior est. Ideo D. Paulus. *Et* lamini carismata meliora: & adhuc excellens

1. Cor. 11.

amplior ac nobilior est. Ideo D. Paulus. *Et* lamini carismata meliora: & adhuc excellens

non vobis demonstro. Quam? Caritatem. Quo-
modo viam, cum PERFECTI O N I S
vinculum Caritatem esse velit? Est utrumque,
& vinculum PERFECTI O N I S, & via
excellentiore: sed de viæ PERFECTI O N E agi-
mus: viatores enim sumus, & quidquid agimus
in via, ambulantes agimus. Non est tamen via
sublimior, nec status (si status in via esse possit)
eis vicinior, Caritate: quæ demum in cœlis,
si cetera desint, nos in Dei throno collocabit.
Deo Sapiens loquens de timore, qui ex riuo eo-
rum, quo diuinus Amor, exoritur, *Timor Domini*
inquit, *gloria gloriatio, & latitia, & corona exul-*
tationis. En coronã quæ Deus summus Agonothe-
ta uoster promittit ijs qui PERFECTI O N I a-
sequendæ insignem operam nauabunt. Idcirco,
ô generose Christi athleta, de Caritatis lau-
dibus differo, ne curras in incertum, ne corpus
tuum flagellando frustra agere videare, sicut is
qui aërem verberat: sed scias quid in meta sis in-
uenturus, quid consecuturus, quid tecum in
cœlum deportaturus.

7. Hanc coronam exultationis, gloriam, & glo-
riationem, seu PERFECTI O N E M nostram, ar-
bitramur esse Caritatem: quam D. Augusti-
nus describit motum animi ad fruendum Deo pro-
pter ipsum, & se atque proximo propter Deum. De
hac virtute adeo illustra ac præclara diuinæ pa-
trinae Patresque prædicant, tot rationibus illam
extollunt, vt merito in ea huius vitæ PERFECTI O N E M
esse constitutam nemo inficias ire audeat.

*Caritatis
via maxi-
me subli-
mis.
Eccle. 1.*

1. Cor. 9.

*Caritas
quid.
Li. 3. de. de
doctrina
Christ. c. 10
sub fin.
in Carita-
te Perfecti-
onem con-
stitui pro-
batur.*

Et

1. Et primum quidem, quod virtutum sit perfectissima, diuinæ litteræ constituunt. Super
Scriptura. ait Paulus, *Caritatem habete, quod est vinculum*
Col. 3.

2. PERFECTIIONIS. Præfert etiam idem Apollonius
Ex Patrib. Caritatem spei & fidei, quæ tamen Theologice
Lib. de bo- virtutes sunt: asserens ceteras virtutes nihil
no patient. Caritate prodesse. Hinc D. Cyprianus: *Caritas*
Lib. 4. ad- fraternitatis vinculum est, fundamentum pacis,
uers. hares. *caritas & firmitas vnitatis: quæ & spe & fide man-*
ca. 25. *festata sunt.*
Serm. de D. Irenæus maximum vocat præceptum a Patribus
Fide, Spe, *facto datum.* D. Chrysostomus item, *Quid in*
& Carit. *Caritate sublimius esse poterit, cum ipsa Caritas*
qui subiun- *fit? sicut Ioannes Apostolus loquitur, Deus Caritas est*
gitur hom. *vt, etiam si quid comparaueris, parum sit: si quid*
in epist. S. *comparaueris, minus: dum Caritas Deus est, cui comparari*
Pauli ad *non potest.*
Cor. tom. 4. *hil est. Inchoatur in mundo, perficitur in caelo: in*
1. Ioan. 4. *in seculo, inuenitur in regno. Hic enim nec fides*
Sine cari- *perficitur, nec spes proposita consummatur. Et*
tate cete- *fidelem, Caritas est bonum: sperare quod pro*
ras virtu- *est, amare est CHRISTVM. Caritas*
tes non pro- *est, amare est CHRISTVM. Caritas*
desse, iis ma- *est, amare est CHRISTVM. Caritas*
iore esse, *est, amare est CHRISTVM. Caritas*
& cum ea *est, amare est CHRISTVM. Caritas*
ceteras da- *est, amare est CHRISTVM. Caritas*
ri. *est, amare est CHRISTVM. Caritas*

In Euang. sanctis regna caelestia possidebit. Denique Augu-
S. Ioannis *stus: Apostolus Paulus, cum contra opera caritatis*
tract. 87. in *mendare vellet fructum Spiritus, à capite huius*
initio, to. 9. *Fructus, inquit, Spiritus Caritas est. Ac deinde*
Gal. 5. *tamquam ex isto capite exorta & religata con-*
quæ sunt gaudium, pax, longanimitas, benignitas,

FECT.

Caritas, fides, mansuetudo, continentia. Quis autem bene gaudet, qui bonum non diligit unde gaudet? quis pacem veram nisi cum illo potest habere, quem veraciter diligit? quis est longanimis, in bono perseveranter manendo, nisi ferueat diligendo? quis est benignus, nisi diligat cui opitulatur? quis bonus, nisi diligendo efficiatur? quis salubriter fidelis, nisi ea fide quæ per dilectionem operatur? quis utiliter mansuetus, cui non Dilectio moderetur? quis ab eo continet unde turpatur, nihil diligat unde honestatur? Merito itaque Magister bonus Dilectionem hic saepe commendat, tamquam sospicienda sit: sine qua non possunt prodesse cetera bona, & quæ non potest haberi sine ceteris bonis, quibus homo efficitur bonus. Hæc Augustinus.

Perfectissima ergo virtutum est Caritas, & sine ea (vt ait D. Thomas) ceteræ esse non possunt. Excellentissimo namque modo quo potest in hac vita Deum attingit: etenim sic Deum amat propter seipsum, ficeius honorem ac gloriam quærit optatque vt ei bene sit, vt nihil admixtum proprij habeat commodi: vnde proxime ac purissime nos Deo bono increato, vt in se consideratur, vnit atque agglutinat. Ex quo sequitur, spe perfectiorem esse, vtpote quæ Deum amet vt est hominis bonum, cum hoc nempe respectu, quod hominis rationibus conducatur. Præstantior etiam est fide, quæ Deum, vt est prima veritas, tantum attingit, & id quidem obscure. Non enim Deum cognoscit vt in seipso est, sed vt à nobis apprehendi potest per figuras & anigmata: Caritas vero

D. Thomas
 1. 2. q. 66 a.
 6. c. 1. 2. q.
 65. a. 2. & 4
 3.
 Rationibus
 4.
 Prima ratio principalis.
 Caritatem ex obiecto esse virtutum perfectissimam.

D d t:ndit

tendit in Deum quodammodo vt in seipſo, eiusque honorem, gloriam, & bonum ſuper-
 niaprocurat, & promouet. Hæ tres virtutes
 Theologicæ vocantur, quod eorum obiecta
 circa Deum verſentur: cæterisque virtutibus
 quæ vel ad eius cultum, vel ad cuiusque
 CTIONEM, aut aliorum bonorum communi-
 que vtilitatem referuntur, dignitate præferuntur
 antecellant. Quare cum Caritas obiecti
 ta: e ac præſtantia cæteris præferatur, in
 FECTIO, non in aliarum aliqua, reponenda
 detur.

Secūda ratio principalis. 18. Accedit, nihil eſſe inter dona cœlestia
 mortalibus conſeſſa ſunt diuinitus, quod
 turam Dei propius accedat, quam gratia
 naturæ diuinæ quædam participatio eſt. Nihil
 minus Caritas nobilior gratiæ eſt ac præſtantior
 eſt enim actus ipſius gratiæ, eiusque
 PERFECTIO. Hinc Doctores tradunt
 tatem, qua Deū formaliter diligimus, eſſe
 dam participationem diuinæ Caritatis,
 Deus eſt: &, Caritatem nos facere Deum
 ſupra hominem conuerſari in cœlis, &

Durandus in 2. Sent d 27. nire cum Deo & Angelis. Quidquid
 uinæ litteræ ac Patres gratiæ habituali
 tribuunt iidem & Caritati: vnde conſe-
 nonnulli, gratiam & Caritatem aut ſolo
 ne diſtingui: aut, ſi differentia ſit, eam
 non eſſe, ſed tantum formalem. Conſe-
 que alij nec realiter nec formaliter, ſed
 tione diſtingui.
Alex. de Ales in Sum Theol. p. 39 69. memb. 2. a. 4. q. a lij Gratia & Carita- tis collatio. Gratia nos Deo gratos efficit: efficit

Ego, inquit Sapia, diligentes me diligo. &: 1.
qui diligit me, diligitur à Patre meo. Prou. 8.

Gratia à peccato iustificamur: iustificatio quoque Caritati adscribitur. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, ait Christus. & Concilium Tridentinum formalem causam iustificationis Caritati mentibus nostris infusæ accipiam refert. 2.
Luc. 7.
Sess. 6. c. 7.

Gratia vocatur animæ vita, vti peccatū mors eiusdem: de Caritate sic scribit D. Ioannes: Qui diligit, manet in morte. &: Scimus quoniam transiimus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Gratia nos in Dei filios regeneramur & adoptamur: idem efficit Caritas: nam omnis qui diligitur, ex Deo natus est. 3.
1. Ioan. 3.
1. Ioan. 4.

Gratia nos à peccato præseruat, & inter Dei & diaboli filios discernit: præseruat quoque ac discernit Caritas: nam omnis qui natus est ex Deo (ait Ioannes) peccatum non facit, quoniam semen in eo manet: & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli: Hinc Diuus Augustinus: Qui non diligunt Deum alieni sunt, Antichristi sunt: & quamuis ædificentur Basilicas, non possunt numerari inter filios Dei quia non pertinet ad illos fons ille vitæ. Habere baptismum & malus potest: accipere Sacramenta corporis & sanguinis Domini & malus potest: habere nomen Christi, & vocari Christianus, & malus potest: habere autem Caritatem & malus esse non potest. 4.
1. Ioan. 3.
Super canõ
epist. 8. Ioã.
hom. 7. tom

Gratia donum illud est, per quod Spiritus S. in nobis habitat: at Caritas Dei diffusa est. 5.
Rom. 5.

RECIUS
OPERIS
IOHNS.



6. *Rom. 13.* in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datur nobis.

7 Gratia fons est & radix omnium virtutum & Caritas, Apostolo teste. Plenitudo, ait, Legis dilectio.

Iacob. 1. Lib. 15. de Trin. c. 18. tom. 3. Gratia in extremo iudicio filios regni a damnationis separabit: nullus enim cum peccato perit, nullus sine gratia saluatur: at Iacobus stolus statuit coronam vitæ repromissam diligentibus Deum: ac D. Augustinus, solus qui, Caritas diuidit inter filios regni, & filios paradisi aternæ.

8. *1. Cor. 13.* Gratia donum Dei omnium est maximum. Apostolus anteponit Caritatem omnibus donis: & monet nos vt super omnia Caritatem habeamus, quod est vinculum perfectum.

Col. 3. Lib. 15. de Trin. c. 18. tom. 3. NIS Hinc Diuus Augustinus Nullum est donum excellentius. & paulo post: Dantur & Spiritum sanctum munera, sed sine Caritate nihil sunt. & alibi: Adde Caritatem, profumum detrahe Caritatem, nihil profunt cetera.

De verbis Domini ser. 50. c. 2. & 3. In Psal. 149 paulo post initium. le bonum est Caritas ista, fratres! Quid prole bonum est? quid luminosius? quid firmitus? quid vtilius? quid curius? & alibi: Quisquis habet Caritatem, quid illum mittimus longe vt videat Deum? Caritas suam attendat: si ibi Caritas habitat, Deum habitat. Vult illum forte videre sedentem in throno? si ibi Caritas habitat, & in eo habitat sicut in caritate. Incredibili verborum pondere idem Diuus Augustinus exaggerat diuersis locis, & in quadam epistola. Caritas in omnibus Deum inquit, ita excellit, vt etiam Deus dicta sit. Ex

antem verba D. Ioannis iam citata, Deus Caritas *Epist. 143.*
 addit: Quid amplius dici potuit, fratres? si nihil- *ad Iulian.*
 mino disceremus per ceteras paginas Scripturarum, *tom. 2.*
 & solum hoc vnum audiremus de voce Spiritus Dei, *1. Ioan. 4.*
 Deus Caritas est, nihil amplius querere debere- *In epist. cā.*
 Et post multa: Nescio vtrum magnificen- *S. Ioan.*
 tibus nobis Caritas commendari possit, quam vt dice- *tract. 7.*
 retur, Deus Caritas est. Breuis laus, & magna laus, *Ibidem*
 breuis in sermone, & magna in intellectu. Quam cito *tract. 9.*
 dicitur, Deus Dilectio est! Et hoc breue est: si numeres,
 vnum est: si appendas, quantum est! Deus dilectio est. Et
 Deus manet in Caritate, in Deo manet, & Deus in illo
 manet. Sit tibi domus Deus, & esto domus Dei: mane
 in Deo, vt maneat in te Deus. Manet in te Deus vt te
 contineat, maneat in Deo ne cadas: quia sic de Carita-
 te dicit Apostolus, Caritas numquam cadit. Hæc Au- *1. Cor. 13.*

gustinus.
 Gratia nihil maius efficere potest, quam vt *9.*
 hominem Deo coniungat arctissime: coniu- *Rom. 8.*
 git & Caritas: vnde D. Paulus, qui dixit, Quis nos *1. Cor. 6.*
 separabit à Caritate CHRISTI? dicit et-
 iam, Qui adheret Domino, nempe per Caritatem,
 vnus spiritus est cum eo. Hoc latissime explicat,
 sed ad viuum, D. Bernardus. Iam vero, ait, anima *Serm. 83. in*
 reditus est conuersio eius ad Verbum: reformanda per *Cant. circa*
 ipsum, conformanda ipsi. In quo? In Caritate. Ait etiam: *medium.*
 Estote imitatores Dei, sicut filij carissimi, & ambulate *Ephes. 5.*
 in Dilectione, sicut & CHRISTVS dilexit
 vos. Talis conformitas maritat animam Verbo, cum,
 cui videlicet est similis per naturam, similem nihilomi-
 nus ipsa se exhibeat per voluntatem, diligens sicut di-
 lecta est. Ergo, si perfecte diligit, nupsit. Quid hac con-

formitate iucundius? quid optabilius Caritate? quae
 vt, humano magisterio non contenta, per temerari-
 nima, fiducialiter accedens ad Verbum, Verbum
 stanter inhareas, & Verbum familiariter peruen-
 ris, consultesque de omni re: quantum intellectu
 tantum audax desiderio. Vere spiritualis sancti
 connubii contractus est iste. Parum dixi, contractus
 complexus est: complexus vere, vbi idem velle idem
 vnum facit spiritum de duobus. Hæc D. Bernar-
 dus.

10. 19. Gratia amicitiam cum Deo conciliat
 Ioan. 15. numquid legimus, Vos amici mei estis, si
 Sap 7. qua ego precipio vobis? Infinitus ait Salomon,
 Amicitia saurus sapientia: (hæc tamquam lucifer pro-
 inter Deū tem Caritatem denunciat, à qua lumen
 & homines accipit) quo qui vñ sunt, participes facti san-
 Cant. 5. citia Dei. Talem sponsa in Canticis vocat
 Psa 1. 138 minum, cum ait: Talis est dilectus meus, &
 amicus meus, filia Ierusalem. Hanc ob
 Ioan. 15. Prophetam Regium spiritu Apostolos vocat
 dixi amicos. Passim anima sponsa vocatur
 que nominibus, quib. amicitia arctissima
 dicitur, vt filiorum, fratrum, domesticorum
 Dei. In quo sensu Concilium Tridentinum
 Sess. 6. c. 10. stos vocat simpliciter Dei amicos. Amicitia
 que amicorum, est mutua benevolentia
 norum quadam communicatione.

Et hæc inter Deum & homines repetenda
 nam Deus fluentia gratia suæ ac seipsum dicitur

his modis homini communitat, & vicissim
homo in Dei bonum & obsequium, quidquid
accepit, refundit ac retribuit: in quo amicitiae
natura consistit.

10. Quin & D. Ambrosius testis est, condi-
tiones amicitiae inter Deum & hominem re-
periri: quarum vna est, ex duobus vnum ef-
ficere, quasi in duobus corporibus vnicam a-
nimam collocare. Hinc amicus dimidium
animae dicitur: quod D. Augustinus de Ne-
bridij amicissimi amissione scribit piissime. Mi-
rabar, inquit, ceteros mortales viuere: quia ille,
quem quasi non moriturum dilexeram, mortuus
erat: & me magis, quia ille alter eram viuere illo
mortuo mirabar: Bene quidam dixit de amico suo,
Dimidium anima mea. nam ego sensi animam meam
& illius vnam fuisse animam in duobus corporibus:
& ideo mihi horrore erat vita, quia nolebam dimi-
dium viuere: & ideo forte mori metuebam, ne totus
ille moreretur, quem multum amaueam. Hæc il-
le: ex quo vis amoris vnitua elucet: rapit enim
amor cogitationem, rapit & affectum: quid
demum superest? sed de hoc in Priuilegijs Ca-
ritatis.

21. Altera condicio est, quod inter amicos
mutua beneuolentia intercedere, eaque officijs
varijs internæ amicitiae testibus constare, fove-
ri, augeri que debeat: & amor ipse exterius vl-
tro citroque intimæ necessitudinis quasdam
scintillas exerat, & voluntatis propensæ semina
diffundat: alioquin multæ suspiciones, quæ in-
ter amantes se facile oriuntur, haud raro pro-

Dd 4 sili-

Li. 3. Offic.

c. 16. in fi-
ne.

Amicitia
condicio-
nes.

1.

Et duobus
vnum fa-
cero.

Li. 4. Con-
fess. ca. 6.

4. Amici-
tia condi-
cio, mutua
beneuolen-
tia indicia.

filirent, amicitiamque dissoluerent: quis enim eum amauerit, à quo vtrum & quemadmodum ametur dubitet? hinc Aristoteles apertos deberet esse ac cognitos asserit amatum animos, vt se & amari, & vicissim amare, vtrique testatur fit. quod & in Dei hominumque Caritate venire constat: quis enim de Dei in nos beneuolentia queat dubitare, cum eius misericordia plena sit terra? qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et certe, si Deum diligimus, certi sumus nos ab eo diligi: nam & Amor iste Amoris in nos diuini fructus est. Sacrae demum litterae nos bene sperare iubent. Si cor nostrum non reprehenderit nos (ait Ioannes) fiduciam habemus ad Deum: & quidquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & ea, quae sunt placita coram eo, facimus. Accedit hanc esse amici vocem: Ego diligentes me diligo, & Qui diligit me, diligitur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Deum etiam fat scit an ipsum diligamus, cui arcana nimirum nostrorum notissima sunt.

Id tantum in nobis forsan dubitationis vrbam mouere potest: quod, an Deum vere diligamus, certi esse non possumus: nescit etenim homo vtrum Amore an odio dignus sit.

Multa nihilominus indicia sunt, quibus Dei Caritas & beneuolentia nobis innotescit: illud imprimis, pro virili eam diligentiam adhibuisse Sacramentis obeundis, quae iudicio Confessorij prudentis sufficit: firma deinde voluntate peccatum detestari: malle etiam tormenta omnia mundi

*Li. 8. Ethic:
c. 2. in fine.*

*Psal. 32.
Apo. 1.*

1. Ioan. 3.

*Pro. 8.
Ioan. 14.*

Eccle. 9.

*Amicitia
diuina in
nos indi-
cia.*

1.

2.

mundi subire, quam Dei amicitiam perdere. *Testimonium* quoque *conscientie* maximum ad id momentum habet: sicut & *visitationes calitus e-*
missa: ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui
nostro quod sumus filii Dei: studium orationis ac fa-
miliaritatis cum Deo in spiritualibus exerci-
tijs: mortificationis domandarumque passionum
inexplebilis fames: odium sui non vulgare: desi-
derium ingens videndi Christum amantissimum Do-
minum: zelus ardens persequendorum vitio-
rum ac peccatorum, tum in se primum, tum &
in alijs: PERFECTIONIS assequenda studium
inextinguibile: Amor Christi tenerrimus & insa-
ciabilis: Deumque honorandi atque eius glo-
riam promouendi ardor ac cura singularis: martyrij
subeundi, multaque pro nominis diuini illustra-
tionem patiendi, eximia propensio ac cupiditas.
 In vulgaribus item *timor peccandi filialis: fre-*
quentatio vsusq; Sacramentorum continuus iux-
ta & religiosus, cum desiderio profectus spiri-
tualis: magna ac frequens cum Deo communicatio
 in oratione: *experientia prouidentie diuinae pro-*
lixæ super nos, cum in prosperis tum in aduer-
sis rebus: longo tempore letali peccato caruisse: lu-
beniter animum suum spirituali directori mani-
festare, ne quid lateat quod oculos diuinæ Ma-
iestatis offendat: longissime abesse à proprio iudicio
& voluntate: Amor singularis erga res diuinas Ec-
clesiastica mysteria, Dei verbum ac conciones.
 Hæc sane moraliter certos faciunt, nos à Deo
 diligere, & vicissim nos Deum diligere: quamuis
 infallibiliter nemo sciat *utrum Amore an odio di-*

3.

4.

Rom. 8.

5.

6.

7.8.

9.

10.

11.

12.

13.

Alia indi-

cia consci-

tia munda,

Deoque

gratia.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

Eccle 9.

RECIUS
 10 per
 10 15

gnus sit: ea enim cōditio amicitiae viatorum est
 vt, quia cognitio obscura est, etiam Amoris
 formidine non careat. Sed quis amicorum in
 humana amicitia certus est de alterius beneuo-
 lentia? cum natura se quærat in omnibus, &
 pauci sint qui intus ij sint, quos exterius sese pro-
 dunt. Ecquis deinde hominum, corda aliorum
 intueri potest? quid ergo mirum si in diuina, cu-
 ne in humana quidem amicitia certi simus de
 mutua beneuolentia, qui & de nostra ipsorum
 erga alios nonnumquam ipsi certi esse non pos-
 simus, & dubitandi secretas occasiones habea-
 mus?

3. Amicitia
 condicio.
 Amici pau-
 ci diligan-
 tur.

Vult etiam Aristoteles, (quæ tertia amicitiae
 condicio est) legem amicitiae esse, vt ea ad pau-
 cos deriuetur, & si fieri potest, singularis sit. Hoc
 & Caritas præscribit, & ex parte nostra magis
 non habet difficultatem, qui omnem nostrum
 Amorem in vnum Deum transfundimus: & quod
 quid diligamus, illud in ipso ac propter ipsum
 diligimus. Nec etiam in Deo (cuius Amor in-
 natus est) difficultas potest inueniri: etsi enim
 omnes diligit, nihil decedit alteri, quod vni
 pluribus elargitur: nec in eo id locum habet.
*Pluribus intentus minor est ad singula sensus, quam
 finitæ intelligentiæ est, & in eo infinita sunt om-
 nia.*

4. Amici-
 tia cōditio,
 aequalitas
 inter ami-
 cos.

22. Aequalitas in amicitia, quarta condicio est
 eamque desiderat Aristoteles. Certe nonnulli
 esse debet, etsi non deceat nimis exigue & ex-
 liter ad calculos omnes amicitiae cōditiones pro-
 care. Nihil tamen obest, nec decoro amicitiae re-
 tra-

fragat, si inferior dignitate cū superiore amicitia
 coglutinet: quod elegāter Lælius apud Cicero-
 ne amicitia cultoribus præscribit. *Sed maximum
 est in amicitia, inquit, superiorē parem esse inferiori:
 spe enim excellentia quedam sunt, qualis erat Scipio-
 nis nostro (vt ita dicam) grege. Numquam se illo Phi-
 lo, numquam Rutilio, numquam Mummio anteposuit,
 nunquā inferioris ordinis amicis. Quintum vero Ma-
 rium fratrem, egregium virum, omnino sibi nequa-
 quam parem, quod is anteibat etate, tamquam supe-
 riorem colebat, suosque omnes per se esse posse amplio-
 res volebat. Quod faciendum imitandumq; est omnibus
 ut, si quam præstantiam virtutis, ingenij, fortuna con-
 secuti sint, impertiant eam suis, communicentq; cum
 proximis: vt, si parentib. nati sint humilibus, si propin-
 quos habeant imbecilliores, vel animo, vel fortuna, eo-
 rum augeant opes, eisque honori sint & dignitati. Vt
 videtur q̄ qui sunt in amicitia coniunctionisq; necessitu-
 dine superiores, se equare cum inferioribus debent: sic
 inferiores dolere non debent se à suis amicis aut inge-
 nio, aut fortuna, aut dignitate superari. Hæc ille.*

Nolim in amicitia personis tantum esse di-
 scrimen, vt mancipium Regis amicum esse vo-
 candum putem: nisi Rex ipse teruo, qui multis
 erga Regiam maiestatem officiis fidem, ingenij
 præstantiam, virtutemque suam abunde pro-
 bavit, singulari gratia manumisso, nobilitatis in-
 signia, opes, dignitatesq; conferat, aut etiam in-
 filium adoptet. Quod non raro accidisse histo-
 riæ testantur. Sicut nihil verat, quin Princeps ali-
 quis ignobilem puellam in focariam primum,
 deinde in pedissequam suæ matris, denique
 nobi-

RECIPITUR
 per
 10 per
 10 15

nobilitatam, & dignitatib. auctam, ac ornatam, etiam in sponsam associet. Impares sumus, & inæquales, si naturam nostram peccato inquinatam & seruituti mancipatam spectemus: longeque maior est inæqualitas vt cum Deo amicitiam contrahamus, quam mancipij cum Rege.

Matt. 20.

verum *an oculus tuus nequam est, quia ille bonus est* quos vult, nobiles facit, dignitate præstantes, & sanctitate illustres, immensa eius bonitate nostræ disproportionis & inæqualitatis defectus supplente. Quid si ergo nobilitatos celestis gratia, si ditissimis cœlestium donorum ornamentis inclytos, ad regni sui communionem, ad filij adoptiui decora, hereditatis portionem, vel etiam in sponsam adscriba? quis contradicet ei? videtur

Serm. 83.

in Cant.

post iniii.

D. Bernardus cum dixisset, *Nec verendum ne dignitas personarum claudicare in aliquo faciat conuenientiam voluntatum, quia Amor reuerentiam nescit, amando quippe Amor, non ab honorando, denotatur: honoret sane qui horret, qui superet, qui metuit, qui miratur; vacant hæc omnia penes amantem: Amor abundat; Amor, vbi venerit, ceteros omnes in se trahit & captiuat affectus: propterea quæ amat, amat, & aliud nouit nihil: adiungit paulo post. Adde quod sponsus non modo amās, sed Amor est. Numquid bonum contendat quis esse: ego non legi, legi autem quia Deus Caritas est: & non quia honor est, aut dignitas, legi quia honorem non vult Deus, qui ait, Si ego pater, non est honor meus? Verum id pater: sed si sponsum exhibeam, puto quia mutabit vocem, & dicet, Si ego sponsus, non est Amor meus? Hæc & plura Bernardus in hanc sententiam.*

1 Ioan. 4.

Mal. 1.

Est namque Deus, & Dominus, & pater: sed nos quoque & fratres, & sorores, & matres esse voluit: hi enim uero ad amicitias contrahendas idonei sunt gratisq; & diligunt se, & bene-

In c. 7. Michae, super uerba,

Nolite credere in amicos.

2. Cor. 8.

Phil. 2.

Isaia 53. &

Luc. 22.

Psal. 21.

Ephes. 5.

Psal. 44.

Ibidem.

amicitiam accipit aut facit.
 Adde quod admodum inæquales esse possunt æquales, si, qui superior est, se demittat, & inferiorem atollam. Demisit se summus & immensus Deus: & propter nos egenus factus est, cum esset diues. Dominus omnium, se seruum fecit: qui in forma Dei, Deoque æqualis, obediens factus est usque ad mortem, mortem autem crucis: qui optimus, & ab omni peccati labe immunis, cum sceleratis reputatus est. Quid? se vermem & non hominem esse asserit, opprobrium hominum, & abiectionem plebis. Si mundi sapientes requiras, hi non modo talem Deum nobis dicent superiores non esse, sed multis mortalibus inferiores, nihilque ad equalitatem desiderari. In hoc rerum statu se constituit, ut mendicam naturam nostram, peccatorum cœno contaminatam, lacu aquæ in verbo vitæ mundans sanctificaret, sibi uel gloriofam exhiberet, non habentem maculam aut rugam, dignam quæ in sponsam deligatur. En uerba sponsi mendicam inuitantis: *Audi filia, & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populū tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum.* Audiuit: quid secutum est? ornata est mendica in modum filiæ Regis. *Omnis, inquit Propheta, gloria eius filia Regis abintus, in firmis aureis circumamicta uarietatibus.* At decet ut habeat

LIBER PRIMVS
 DE AMICITIIS
 DE PECCATI LABE
 DE Sponsa

beat Regium comitatum. adducentur Regi virgines post eam, proxima eius adferentur tibi adferentur in lætitia & exultatione adducentur in templum Regis. Sed quid de nuptiis & mendicæ coronatione? de Regina inauguratione? quid de lætitia ac vestibus nuptialibus? Sic mendica hæc, & focaria sibi apud Isaiam gratulatur. Gaudens gaudebo in Domino. & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis, & in mento iustitia circumdedit me quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus

Isaia 61.

5. Amicitia suis.

condicio, 23, voluntati conformitas.

Psal. 144.

Quinta amicitia condicio est, voluntati & iudiciorum conformitas: vult enim amicus, & æquum reputat, quod amicus sapiens æquum bonumque iudicat ac vult. hoc quoque conforme est legi Caritatis, singulari Dei & hominis, amicitia. Voluntatem ipse timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, denique servos faciet eos: & nos vicissim Caritate incitati conformamus nos voluntati diuinæ, quotidieque dicimus, Fiat voluntas tua, sicut in celo & in terra.

Matth. 6.

6. Amicitia condicio, communicatio consiliorum.

Gen. 18.

Ioan. 15.

Accedit sexta condicio, communicatio nempe consiliorum ac secretorum, quæ etiam inter Deum & homines mutua Caritate deumque reperiuntur. Dei hæc verba sunt ad Abraham qui amicus Dei appellatus est. Num celare poteram Abraham que gesturus sum? & Christus ad amantissimos discipulos: Omnia quaecumque audivi à Patre meo, nota feci vobis. Videt quidem in se cordium nostrorum arcana, decet tamen etiam & nos

nos sponte illi patefaciamus, & animam no- *Psal. 61.*
stram in conspectu eius effundamus. Id monet
lex sanctus. *Effundite, ait, coram illo corda vestra:*
Deus adiutor noster in æternum. Hoc enim amicitia
requirit, vt infirmior ad potentio-rem recurrat,
vt em auxiliūque postulaturus & accepturus,
et vicissim pro nouo beneficio beneuolentiam
petaturus, animique gratitudinem.

*7. Amicitia
condicio, bonorū
communicatio.*

Septima condicio amicorum in bonorum
communicatione consistit: amicorum enim o-
mnia sunt communia. Quod si humana id præ-
ter amicitia, omnium maxime Caritas. Deus
in primis officio amici numquam deest, &
quidquid habet, communicat. *Omnia vestra sunt,* *1. Cor. 3.*
ait Apostolus: *tamquam nihil habentes, & omnia* *2. Cor. 6.*
possidentes. Cælum, elementa, creaturasque om-
nes sensibiles, iumenta, & animalia omnia in v-
tilitatem nostram condidit Deus, Angelos cu- *Psal. 90.*
todie nostræ deputauit, tamquam *Hebr. 1.* *administrato-*
rum spiritus, in ministerium missos propter eos qui he- *Ioan. 3.*
reditatem capient salutis. Denique sic Deus dilexit
mundum, vt *Filium suum vnigenitum daret: vt omnis*
qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æter-
nam. Spiritum quoque suum effudit in nos a- *Gal. 4.*
bunde, vt naturæ suæ participes efficeret, vt ad *1. Ioan. 3.*
optionem filiorum reciperemus. *Videte (ait Ioannes)* *In Laudib.*
qualem Caritatem dedit nobis Pater, vt filii Dei no- *Officiū de*
minemur & simus. Quam sui communicationem *Venerab.*
ex parte Dei D. Thomas paucis his verbis com- *Sacramē-*
prehendit:

*Senascens dedit socium,
Conuescens in edulium,*

*Se moriens in pretium,**Se regnans dat in premium.*

Rom. 8.

Quod si deo profule dilectissimum filium sui nobis largitus est Pater, & (vt ait Paulus) etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnino tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?

Ex parte nostra omnia quoque in Dei obsequium Caritatis lege profundimus: & maxime Religiosi, qui voto paupertatis Deo bona omnia temporalia largiuntur, vel eius amore se iis abdicant, habendi etiam potestatem exi- tes: voto castitatis corpus Deo consecrant, animam, intellectum, & voluntatem obedientia vinculo adstringunt, parati vitam, omniaq; in Dei gloriam & amorem profundere, non semel sed omni hora, die, & momento, dicentes

Psal. 43.
Rom. 8.

Quoniam propter te mortificamur tota die, aestimamus sicut oues occisionis. & cum Apostolo: Quomodo separabit à Caritate Christi tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à Caritate Dei, quæ est in Christo JESU Domino nostro.

3. Amicitia condicio non suis sed amicis rationibus insistere.

Amicorum octaua condicio est, commodis propriis minime insistere, sed amicis. Hoc Caritas facit, ac in primis Domini nostri JESU qui, cum inimici essemus reconciliauit nos Deo: quanto magis amicos conciliabit! Descenda

de celo, ait, non vt facerem voluntatem meam, sed vo-
 luntatem eius qui misit me. item: Meus cibus est, vt fa-
 miam voluntatem eius qui misit me. & voluntas Pa-
 tris erat, vt nullum ex iis, quos ei dederat, per-
 iret, sed resuscitaret in nouissimo die. Om-
 nes ergo laborum suorum fructus ad nostram
 utilitatem retulit.

Et quamuis Deus omne bonum nostrum
 nosque ipsos ad gloriam suam referat, id nihil
 de iure amicitiae detrahit: sicut nec cum duo a-
 mici officia mutua ad honorem sui Principis re-
 ferunt, aut ad Deum honorandum. Hoc enim
 amicitia nostra ac ratio honesta postulat, vt cui-
 que suum tribuatur, iurisque cuiusque ratio se-
 cundo habeatur: non enim tantum amici perso-
 nam Deus sustinet: sed talis amici, qui etiam fi-
 lius vltimus hominis sit. Adde quod in diuinæ
 gloriae exaltatione ac procuratione non modo
 Dei, sed & amicorum eius utilitas ac gloria pro-
 curatur ac promouetur, vt eleganter docet D.
 Augustinus.

Quare, si amici Dei esse velimus, non quæ no-
 stra, sed quæ Iesu Christi sunt, quæque eius glo-
 riam spectant, quærere ac promouere, officii
 nostri intelligamus: vt nobis amplius non viuam-
 us, sed amico; sicut ait Apostolus: Caritas
 Christi viget nos: quoniam pro omnibus mortuus est
 Christus: vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei
 qui pro ipis mortuus est & resurrexit. & alibi: Nos
 propter Christum, vos autem prudentes in Chri-
 sto: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos
 autem ignobiles. Vsque in hanc horam & esurimus,

Ee

& si-

Rom. 5.
 Ioan. 6.
 Ioan. 4.

Li. 1. de do-
 ctrina
 Chr. st. ca.
 31. & 32.

1. Cor. 3.
 1. Cor. 4.

RECIPITUR
 per portam
 1000

& sitimus, & nudi sumus, & colaphis cadimur, & in
 stabiles sumus, & laboramus operantes manibus no-
 stris: maledicemur, & benedicimus, &c. & alibi: Cum
 liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci.
 Itaque, sicut docuerat Paulus Caritatem non
 quærere quæ sua sunt, ita facto ipso exprime-
 voluit.

1. Cor. 9.

1. Cor. 13.

9. Amici-
 tia condi-
 cio, mutua
 confiden-
 tia.

1. Pet. 5.

Psal. 124.

Amicorum confidentiam, vltimam pone-
 mus ex condicionibus amicitia: vt nimirum se-
 curitatem vnus alteri præstet. Hoc vtique faci-
 Catitas: nam omnes spem nostram coniciunt
 in Deum, quoniam ipsi cura est de nobis: nec
 Dei amici anxio timore premuntur, quasi
 probandi sint: imo, quoniam confidunt in Deo
 no, etunt immobiles sicut mons Sion: non commou-
 bitur in æternum, qui habitat in Ierusalem. Mouetur
 circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui, ex
 nunc & vsque in sæculum. Deus etiam securitatem
 magnam ostēdit, cum gratiam suam in arbitrio
 & præmium incomparabile, imo seiplum con-
 cedit animis nostris, omnesque gratiarum the-
 sauros homini committit, mysteria
 maxima, ac eorum dispensationem, filiosque
 quos amat impense, regendos tradit: vnde

Cor. 4.

Paulus ait: Sic nos existimet homo, vt ministros Chri-
 sti, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam
 quaritur inter dispensatores, vt fidelis
 quis inueniatur.